Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37906
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Archiv



parte, sub hoc Altari deposita quiescunt, adiunctis alijs Sctorum Reliquijs, de ligno nimirũ S. Crucis, de tunica xpi, item de Sepulchro Dñi et Bte. V. Mariæ, de monte Olineti, Sti. Joannis Baptistæ, Andreæ et Bartholomæi Apstorum, item Alexandri PP. Vrbani Papæ; Sti. Georgij, Hermetis, Vincentij, Chrisanti, Dariæ, Hippoliti Martyr, Martini, Ruperti, Gislazij, Miniati, Justini Presbyteri Confessorum. Agathæ, Margarethæ, Felicitatis, Anastasiæ Virginum. Item de Capella Ste. Catherinæ in monte Syon, et aliæ Sctorum Reliquiæ, quorum nomina intercideruntur. Singulis xpi fidelibus hodie unum annum, et in die Anniuersario consecrationis huiusmodi istius Visitantibus 40. dies de Vera Indulgentia, in forma Ecclesiæ consueta concedens.

Facta est hæc consecratio Anno Domini. MDCVII. ipso die Translationis, Sti. AMANDI quæ erat Dominica; 26. Octobris. (1607 26/10) (die) 31 b.

Nota.

Antequam ossa D. Amandi in aneum loculum reconderentur, resecata sunt foris maior & longior pedis tibia, et lacerta, Die Spindl von der Sand, quæ postea vná cum articulo Vni digiti per R.dum. in Christo Patrem ac Dñum D. Martinum loci huius Abbatem, Anno Dñi 1611 in rotundũ cristalinum Vitrum, argento deauratò, et gemmis affabrè exornatum, et in formam Monstrantiæ fabricatum inclusa sunt. (1611) #52

De prædictis etiam ossib, foris retenta est inferior maxilla eiusdem S. Amandi, aliquot adhuc candidis infixis dentibus, quæ postea Anno Dñi 1612 per eundem Martinum Abbatem in imaginem pectoralem ligneam, Vnionibus et gemmis satis decenter ornatam, et opertam, arculæ preciosæ inclusa recondita est. (1612)

14